



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus HUMANIS. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Art. 10. Vtrum Sacramentum Pœnitentiæ debeat iterari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

remedium peccati. Nam naturaliter cognoscimus Deum esse benignum, ac proinde pœnitentiã placari. Quod confirmat vñs omnium gentium, quæ à Dijs suis veniam precantur, varijsque modis eos conantur placare.

Dices: Ergo etiam voluntas potest solis naturæ viribus dolere de peccato, ut est offensio Dei.

An solis naturæ viribus possimus dolere de peccatis.

Respondeo Primò, Negando Consequentiam: Quia voluntati difficilius est efficaciter præstare pœnitentiã, quàm intellectui eam cognoscere. Respondeo Secundò, Admitti potest, voluntatem posse solis naturæ viribus aliquo modo dolere de peccato, sed imperfectè, & non quantum oportet ad remissionem peccati. Quia non eã estimatione intellectus & voluntas potest de eo dolere, quã par est de tanto malo doleri; neque etiam ex eo amore, quo par est, tantum bonum amari. Hoc enim sine auxilio gratiæ præstare nequit, cum in hoc supernaturalis ratio actus ipsius consistat.

Respondeo, Si inde non perturbatur scrupulis, vel nouis tentationibus, vel non impeditur ab vtilioribus exercitijs, valdè bonum est subinde hoc facere. Secus verò, si hoc modo fouerentur scrupuli, vel alia huiusmodi incommoda: tunc enim fatius est, ut solum in genere doleat se Deum crebrò offendisse. Et hic generalis dolor vsque ad finem vitæ perdurare debet, non quidem sub præcepto, sed sub consilio. Ita intellige Diuum Thomam articulo 8. Quare non rectè dixit Melchior Canus Relectione de Pœnitentia parte 4. teneri nos saltem sub peccato veniali actu dolere de peccatis præteritis, quando occurrunt memoriæ: eò quòd tunc nolle dolere de peccato, sit peccatum veniale, cum sit actus otiosus. Nam potest quis iusta ratione nolle immorari huiusmodi cogitationi, aut nolle dolorem elicere: ut si timet scrupulos, nouas tentationes, aut alia incommoda; tunc enim nullum erit peccatum nolle dolere.

Canus re. fellitur.

ARTICVLVS X.

ARTICVLVS VIII. & IX.
Vtrum homo debeat vsque ad finem vitæ pœnitere, idque continuò?

Vtrum Sacramentum Pœnitentiæ debeat iterari?

De peccato rite confessio, non tenet amplius dolere.

Respondeo; Hominem non posse continuò actu pœnitere, sed bene potest habitu. Notandum est breuiter: Si quis semel peccatum suum confessus fuit, & de eo doluit, sicut oportet, pœnitentiãque impositam impleuit, non obligari, ut amplius de eo actu doleat, sicut rectè hic docet Caietanus. Imò post habitam contritionem, vel attritionem cum Sacramento, non tenetur homo sub nouo peccato amplius elicere in se actum displicentiæ peccati, aut doloris, ut idem docet; sufficit enim, ut semper displiceat negatiuè, id est, ut nunquam placeat.

An consideratur, ut quis sapè de peccatis actu doleat.

Petes: An saltem sit consulendum, ut quis frequenter peccata sua commemoret, & dolorem de illis in se excitet?

Respondeo Affirmatiuè. Ratio est: Quia non imprimis characterem. Vide D. Thomam, cuius argumenta, etsi primariò solum probent pœnitentiã posse iterari, ut est actus virtutis; secundariò tamen etiam probant, pœnitentiæ Sacramentum iterari posse. Nam hoc Sacramentum nihil est aliud, quàm perfectio quædam & consummatio actus pœnitendi.

33

Notandum hic est; Nouatjanum, & adiutorium eius Nouatum, non negasse, quin interior, & etiam exterior pœnitentiã, quatenus virtus est, possit iterari, & quin homo possit sapiùs Deo reconciliari; nam hoc vbique Scriptura clarè docet; sed non esse in Ecclesiã aliquam potestatem, aut Sacramentum, per quod, homo post Baptisimum lapsus, Deo reconcilietur.

Error Nouatiorum.

QVÆSTIO LXXXV.

De Pœnitentia, ut est virtus.

In Sex Articulos diuisa.

ARTICVLVS I.

Vtrum Pœnitentiã sit virtus?

Vis vocis Pœnitentiæ excutitur contra hæreticos.

Notandum est, Nomen Latinum Pœnitentiæ, & Græcum μετάνοια passim in Scripturis, & apud Auctores tum Ecclesiasticos, tum profanos, vsurpari non pro nuda respicientia (ut volunt nostri hæretici) sed pro dolore, & detestatione peccatorum, & vindicta pro ipsdẽ sponte suscepta; Iob cap. vltimo, vers. 6. Ago pœnitentiã in fauilla & cinere; id est, vindico peccata mea. Lucæ 10. vers. 13. Si in Ty-

ro & Sidone facta fuissent virtutes quæ facta sunt in vobis; olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. Matthæi 12. & Lucæ 11. dicitur; Niniuitas egisse pœnitentiã ad prædicationem Ionæ. Quibus locis hæretici, ut tollant omnem afflictionem & pœnã pro peccatis susceptam, pro, egerunt pœnitentiã, vertunt, respuerunt: sed absurdè; nam Scriptura apertè loquitur de dolore & vindicta pro peccatis assumpta; idè enim dicit in cinere & cilicio pœnitentiã egissent: absurdè autem diceretur, in cinere & cilicio respuissent. Et Niniuitæ grauẽ afflictionem assumpserunt, ut videre est Ionæ capite 3. scilicet ieiunium, cilicium, precès. Nuda autem respicientia non requirit vllam afflictionem